UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 3. Profectio Legati a Felice in Italiam missi dilata

urn:nbn:de:hbz:466:1-66507

Visual Library

Sæcul. XV. A.C. 1442.

conferendis agebatur, multumque temporis in ejusmodi altercationibus fruſtra inſumebatur, nec ulla tamen cauſſa dirempta eſt, vel quia noluerunt, vel quia nil decidere potuerunt.

§. III.

Profectio Legati a Felice in Italiam miſſi dilata.

Interea temporis Felix Nuncii ſui in Italiam diſceſſum vehementer urgebat, hancque in rem Nichodio de Metone Niceæ Comitatus Rectori, qui tum forte Baſileam advenerat, negotium dedit, ut Triremem inſtrueret, qua Legatus in Italiam prima Maji transvehi poſſet. Jamque legationis mandata ex ore Æneæ Sylvii, quem a ſecretis habuit, accepit Legatus, quæ tamen eidem primum ultima die Februarii ſcripto data fuere. Differebatur illius profectio, eoquod Baſileenſes conſultius fore cenſerent, ſi prævia Legatione ſolemni Burgundiæ, Borbonii, & Sabaudiæ Duces, qui Niverni convenerant, ſalutarentur.

Vide infra §. 35.

§. IV.

Principes Germaniæ in Eugenium Papam propenſi.

Acta Patric. to. 13. Conc. p. 1598.

His ita Baſileæ agitatis Archidiaconus Metenſis, & Auditor Cameræ, qui a Baſi-